Maior ꝓpositio sic ostendit. qz motis nobis mouent ea que in nobis sunt. vt ꝺr octauo huius. sed in cōtinuo est aliqꝺ indiuisibile. vt dictuz est ꝓus. et ꝑ ꝯsequens ad motū ipsius ꝯtinui mouet etiā ipsum indiuisibile Hinor ꝓbat ꝑ ꝓbm in littera. dicit aūt neutro mō tam ꝓpter mobile q̄z ꝓpter rem ꝑncipalem in qua est motus. qz nullum istoꝝ ꝑ se mouet. Patz ꝑmo de mobili ꝑ tres rōes phi. quas oportz mente tenere. Secūdo pz de re ꝑdicamentali. quia dictū est supius qz res ꝑdicamentalis est vna de numero eoꝝ que siliter diuidūtur. sicut mobile et spaciū. Etiā ois motus requirit oppositos terminos et mediū inter eos. put superius satis est visum. Est tn verū qz phus hic principaliter intendit loqui de diuisibilitate mobilis. nam in hoc sexto phs loquit de motu fm qz habet ꝯtinuitatē quā dicit ꝑmo ꝯpetere ipsi mobili. qz dicit qz ipsius mutantis ad est illius qꝺ mouet necesse est vnā ꝑtem esse in termino a quo. z aliā in termino ad quē

Conclusio pz ex dictis superius incidēt aliter. sed phs eam hic magis exquisite ꝓsequitur. vt pz in littera. vbi ꝓbat qz oē mobile est coꝛpus. eo qz ꝓbat qz nullū impartibile est mobile. ad quaz seqtur imediate qz oīe mobile est partibile Corrolariū ex ꝓoribꝫ sequens. Ratio ipsius Eraclīti est falsa: ponēris qz aliqua mutatio sit infinita. Patet ex supius ventilatis. sed tn phus eā hic ostendit ex parte terminoꝝ inter quos est mutatio. Etiaz ostēdit hoc idem ꝑ hoc qz natura nullū motū incipit quē nō poꝛtest terminare. cōstat aūt qz infinitū nō ꝑt ꝑtrāsiri. z ideo frustra inchoaret mutationem infinitam. Et sic apparet mens Aristotelis circa istā difficultatē z ꝑ ꝯsequēs circa totā materiā huius sexti. de quo sit in secula benedictus qui regnat trinus z vnus Amen

Vne aūt qꝺ mouet necesse

Circa initium

septimi libri phisicoꝝ Querit ꝓmo. Vtrū omne qꝺ mouet moueat ab alio: tāq̄z a motoꝛe distincto

Pro parte affirmatiua est phs in littera. Sed ꝑ parte negatiua arguit multiplicirer. Primo qz graue existens sursuz mouetur a se deoꝛsum. Et aqua calefacta reducit se ad pristinā frigiditatē. Secūdo arguit. qz aial mouetur a se. similiter intellectus z volūtas mouet se z substātia spiritualis mouet se.

Maior. Nihil quod quiescit ad quietē alterius a motu suo: mouet a se et per se primo.

Minor. Omne qꝺ mouetur quiescit ad qetem alterius: scz siue partis Conclusio. Igit nihil qꝺ mouetur etiaz ab intrinseco: mouet a se et per se primo

Maior patet ex ꝓpriis terminis. qz qꝺ alicui ꝯuenit ꝑ se nō remouet ab eo ad remotionē eius ab alio. Sed minor ꝓbatur. qz omne qꝺ mouet est diuisibile. vt ꝓbatum est sexto huius. sed parte quiescente totū nō mouetur ꝑ se primo Conclusio sequitur formaliter ex ꝑmissis. Additur tn notanter etiam (ab intrinseco) qz de illo qꝺ mouetur ab aliquo extrinseco per violentiā. manifestum est qz ab alio mouetur. sicut pz de lapide ꝓiecto sursum. Sed si mobile habeat ꝑncipium motus in seipso sicut aial est maior difficultas. nihilominus dicendū est qz tale ab alio mouet. licet non sit sensui manifestū, put patebit octauo huius. Corrolariū primuz. Demonstratio Aristotelis meret ꝓpter quid vocari: ꝓcedit em ꝑ cām et a priori. Patz qz aliquid mouere seipm nihil aliud est q̄z esse sibi causa motus. qꝺ autem est sibi causa alicuius oportet qz primo ei ꝯueniat. quia quod est ꝑmū in quolibet est causa eoꝝ que sunt post. Sed nō potest esse ꝑmū mobile cuius motus non dependeat ab alio. scz a partibus. Nam in sexto ostensum est qz in motu non est inuenire ꝑmū neq̄z ex parte temporis neq̄z ex parte spaciꝫ neq̄z ex parte mobilis ꝓpter infinitam diuisionē. Et ita rō Aristotelis ostendit causam ꝓpter quā nichil potest moueri per se primo. eo qz omne tale est diuisibile in partes infinitas. que scilz diuisibilitas est causa huius negatiue. scz qz nihil potest moueri per se primo. Corrolariū secūdum. Demonstratio Aristotelis est tali ꝯditionali similis: si aliquid est ens diuisibile ipsum nō est ens primum Patz qz cuiuslibet diuisibilis suuz esse dependet a partibus. et pari modo motus totius dependet ex motu partiuz. Et licet phs in sua ꝯditionali supponat falsum. scz cuiuslibet qꝺ mouetur partem posse quiescere. nihilominus sua ꝯditionalis est vera. scilz si pars alicuius totius quiesceret totū nō mouetur per se primo. Sicut hec cōditionalis est vera. si homo est asinus homo est irratiōalis. et veritas huius ꝯditionalis sufficit Aristoteli q̄uis antecedens z ꝯsequens essent impossibilia Ad rationes ad primā dicit qz graue mouetur deoꝛsum a generāte aut remouente phibens. vt patet octauo huius. Similiter dicitur de aqua que redit ad pristinā frigiditatem remoto prohibente. scz calefaciente. Ad secūdam dicit qz animal non mouetur per se primo. vt etiam dicit octauo huius. Deinde ad instantias de intellectu et voluntate et substantia spirituali potest dici primo qz in illis nō est motus. prout in rebus naturalibꝫ inuenitur Rursus in discursu intellectus de principijs in ꝯclusiones ex parte mouentis se habet intellectus agens cum principijs z cum intellectu possibili fm qz est in actu principioꝝ. patitur autē fm qz habet oꝛdinem inferioꝛem acquirendo notitiam ꝯclusionis. et sic solet vocari ratio. Et pari modo est in alijs.

Querit secūdo. Vtrum in motis z mouentibꝫ sit in infinitum processus Pro parte negatiua et vera est philosophus in littera qui premittendo duas suppositiones illam partem efficaciter probat Sed pro parte affirmatiua arguitur primo sic. omne mouens phisicum mouetur. sed omne quod mouetur ab alia mouetur. vt probatum est prius. ergo in mouentibus et motis phisicis est processus in infinitum Secūdo sic. generationes z coꝛruptiones sunt infinite. ergo generantia et genita coꝛrumpentia et coꝛrupta sunt infinita et per ꝯsequens mouentia et mota.

Maior. Nullus motus potest fieri infinitus: si sibi coꝛrespondeat finitum tempus

Minor. Hoc tamen fieret: si nullum primum mouens esset. Conclusio. Igitur in motis per se et mouentibus: non est in infinitum processus

Maior patet. quia tempus ⁊ motus debent ꝓportionari in finitate et infinitate. sicut dictum est in sexto huius.

Minor patet. quia si esset processus in infinitū in mouentibus et motis tunc essent infinita mobilia et tamen quodlibet illorum mobilium moueretur tempore finito. eo ꝙ motus semper est inter determinatos terminos. ergo motus infinitorum mobilium fieret tempore finito. quia eodem tempore mouerētur omnia ista mobilia. vt patet manifeste si omnia mouentia ⁊ mota ad inuicem ꝓtinuarentur. tūc ēm erit vnum corpus infinitum. quia habet infinitas partes. ⁊ mouebitur sicut omnia corpora ꝓius mouebantur. et sic erit verum ꝙ motus vnius corporis infiniti fieret tempore finito. quod est impossibile. Cōclusio satis patet ex dictis. et dicitur notanter in cōclusione (per se) quia in mouentibus et motis per accidēs subordinatis est processus in infinitum ſm potentiam. licet non ſm actum. Corrolarium. Licitum est supponere ꝓtinuari posse omnia corpora: cuius eis repugnat ex ꝓpria et specifica natura. Pro quo noto ꝙ alio modo accipitur cōtingens et impossibile. cum aliquid demonstratur de genere. et aliter cum aliquid demonstratur de specie. Vnde cum aliquid demonstratur de specie oportet accipi vt impossibile omne illud cui repugnat genus vel differentia ex quibus ꝓstituitur ratio speciei. cum vero aliquid demonstratur de genere accipitur vt ꝓtingēs omne illud cui non repugnat rō generis. cuius ei repugnat differentia cōstituens speciem. Sicut si loquerer de animali possem accipere ꝓtingens omne aial esse alatū. sed si descederē ad ꝓsideratiōem hois ipossibile eēt h̄ aial esse alatū. q̄ ꝑ Aresto. hic loquitur de mobilibus ⁊ mouentibus in cōmuni nōdum applicando ad determinata mobilia ideo accipit vt ꝓtingens ꝙ omnia mobilia possunt continuari. qđ tamen est impossibile si mobilia ꝓsiderentur ſm suas naturas speciales Ad rōnes Ad primā dicitur ꝙ datur vnū primū mouens mobile. scilz cēlum qđ mouetur a se per alterū. sed primū mouēs simpliciter nō mouetur nec a se nec ab alio. nec per se nec ꝑ accidens. et illud est phisice ꝓsideratiōis per ꝓparatiōem ad motus Ad secūdam dicit ꝙ generationes et corruptiones non sunt infinite nisi per successionez plurium individuorum. ideo in eis est bene infinitas ſm potentiam successionis ⁊ non ſm actum.

Primum autem mouens non sicut

Querit primo. Vtrum omne mouens ⁊ motum: sint simul ſm locum Pro parte affirmatiua est philosophus in presenti littera Sed pro parte negatiua arguit primo de proiectis. quia lapis mouetur diu postea quando recessit a manu proiicientis Secūdo. quia magnes attrahit ferrum distans et nō videtur aliquid agere in intermedium. Tercio quia stupor talis piscis. stupefacit manus piscatoris. et tamen non videtur aliquid agere intermedium. Et similiter est de basiliſco. qui dicitur suo visu interficere homines.

Maior. Omne mouens actiue localiter et primū motum: sunt semper immediata ſm locum Minor. Omne alteratum et auctum: est suo primo mouenti immediatū Conclusio. Igitur omne mouens actiue et primū motum: sunt ita simul ſm locum ꝙ ipsorum non est intermedium

Propositio loco maioris patet per deductiōem Aristotelis in littera. quia omne quod mouetur. aut mouetur a seipso. vel ab alio. Si a seipso (sicut animal dicitur moueri a se ⁊ graue deorsum) tūc constat ꝙ mouens est ꝓiunctum moto. Si ab alio scilz a mouente. qđ non est ps seu principiū intrinsecū. sicut graue mouetur sursum ite/rum mouens est coniunctum moto proximo. et inter motum et suum mouens proximum nō est mediuz. vt philosophus inductiue probat de quatuor. scilz de pulsione tractione vertigine ⁊ vectione Minorem phūs ostendit primo de alteratione dupliciter. scz inductione ⁊ ratione. vt satis clare patet circa expositionem littere. Et similiter posset declarari de mouente ad augmentū ꝙ augens ⁊ auctum proxima sunt simul Conclusio deducitur ex premissis Corrolariū. Motus localis factus a mouente extrinseco: diuiditur sufficienter ad quaternarium. et deinde ꝑcludit binario. Patet per Aristotelem qui nominat quatuor motus manifestos qui fiūt a mouente extrinseco. Primus est pulsio. ⁊ est motus quo mouens remouet aliquid a se. Secūdus est tractio. ⁊ est motus quo mouens versus se mouet alterum motu velociori qz ſm se moueretur. Tercius est vectio. quo aliquid mouetur ad motum alterius. sicut homo in naui vel sui per equo. Quartus est motus vertiginis quo aliqđ mouetur pulsu ⁊ tractu. Deinde ponit philosophus quosdam alios modos manifestos. sicut sūt inspiratio exspiratio sputitio percussio. motus textorius. ⁊ ꝓsimiles. Postea philosophus reducit illos quatuor motus ad pulsum ⁊ tractū tanqz ad binariū. vt patet in littera clarius qz hic dici posset. Ad rōnes simul dicendū est ꝙ mouens primū. id est proximū ⁊ motū sunt simul. nō autem mouens remotū ⁊ motus. de quibus assumunt instantie mote.

Querit secūdo Vtrum solum ꝓtingat inuenire motus alterationis: ſm qualitates sensibiles tercie speciei qualitatis. Pro parte affirmatiua est phūs in littera cum dicit. (quoniā aūt que alterantur. alterātur omnia a sensibilibus) Sed pro parte negatiua sic arguo. quia habitus et dispositiones similiter forme ⁊ figure acquirūtur de nouo in aliquo subiecto ⁊ etiā remouentur. sed hoc nō fit nisi per mutationē. et omnis mutatio ad qualitatē dicitur alteratio. igit. Preterea durum et molle sunt de se cūda specie qualitatis. sed aliqđ mutatur ſm illa de vno in alterum. ergo ſm naturales potētias est ꝑ se alteratio

Maior. Penes qualitatē que est forma vel figura: non fit alteratio proprie dicta Minor. Ad habitus corporales vel ad virtutes anime prime specie qualitatis: non est proprie motus alterationis. Conclusio. Solū igitur ſm qualitates tercie speciei quas Aristoteles vocat passiones: fiunt proprie corporum alterationes.

Propositio maior patet per deductionem phi duabus rationibus. Prima. quia ille qualitates que per alterationem in subiecto acquirūtur in recto de subiecto p/